



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Svmma, Sive Avrea Armilla Bartholomæi Fvmi Placentini,  
ordinis Prædicatorum, ac hæreticæ prauitatis Inquisitoris**

**Fumo, Bartolomeo**

**Antverpiae, 1570**

Papa.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-30427**

enim videretur se obligare ad carceres, quod non potest, quia nemo est dominus membrorum suorum.

<sup>2</sup> P A C T V M filij dū traditur nupti, quod cōtenta dote ad patrimonialia bona non habebit recursum, si firmetur iuramento, teneat aliās non. capitulum quāuis: de pact. lib. 6. supra. Dos §. 2. Tenet etiam si faciat postquam tradita est nupti: secundum Ioan. mo. quia est ratio eadem, concord. Gemi.

<sup>3</sup> P A C T V M quod est cōtra substantiā contractus, etiā quod nō cōtineat turpitudinem, vitiat ipsum a rō, siue sit per viam modi, siue per viam conditionis, siue resolutiue, siue suspensiuē, siue etiam in matrimonio, quod est valdē fauorabile: secundū Pa. in. c. si. de condi. ap. quia remota substantia alicuius actus, remouetur & ipse: quia siue substantia nihil potest subsistere, ad hoc e. tua. de spon. & cognoscitur aliquod esse de substantia alicuius, quando sine eo illud stare non potest.

<sup>10</sup> D E pactis pœnalibus appōsitis contractibus, vide. Sil. verb. pactum. circa fin. & infra. Pœna §. 5. 6. & 7. Quomodo pacta obscura debeant interpretari, Tab. ver. pactum §. 11.

## PALLAE.

PALLAE altaris, id est, totalis, siue mappae, super quibus extenditur corporale, quod esse debeant, & quales, supra. Missa §. 6.

## PALLIVM.

D E pallio quod est speciale ornamentum Archiepiscoporum, vide in c. nisi. eo. tit. & Pa. in c. antiqua. de priuil. &c. quoniam. 100. d. Ad confessores. hae materia partum pertinet.

## PAPA.

<sup>1</sup> P A P A debet eligi a duabus partibus cardinalium, aliter si se pro Papa ingerit, est excommunicatus: supra Excommunicatio §. 3. Similiter recipientes talem: licet de elect.

<sup>2</sup> E L E C T I O Papae facta per simoniam secundum statutum Iulij II. in concilio Lateranen. sessione 5. ipso facto est nulla, ex quo patet, quod Papa potest statuere circa electionem sequentis

Papae, nec sede vacante possunt mutare cardinales. & est summus inter omnes: quia habet plenitudinem potestatis, alij partem sollicitudinis per e. de cetero. 2. q. 6. & per S. Tho. in lib. contra errores Gra. c. 65. Et licet Leo Papa iudicio Imperatoris se supplicauerit, hoc tamen fecit sponte: secundum Tho. secunda secundae. q. 67. art. ad secundum.

<sup>3</sup> P A P A quod ad forum civile, vbi nō habet iurisdictionem temporalem, non potest tollere legem: secundum Io. An. nisi in his, in quibus est periculum animae, cum potestates sint distinctae. ca. causam. el. 2. qui sit. sit legit. In quibus autem animarum periculum est, quod ad utrumque forum potest. de sentent. excommu. lib. 6. c. decernimus. & canonuit. de iudi. & cap. si. de rescrip.

<sup>4</sup> P R I N C E P S ita ex suo contractu obligatur, quod sine culpa priuare nō potest. eū, quem instituit in aliquo castro, vel baronia, vel huiusmodi, nec successores: etiam quod habeat plenitudinem potestatis. d. c. nouit.

<sup>5</sup> P A P A habet iurisdictionis suae auctoritatē à Christo, mediāte electione ecclesiae, vel habentis vicem ecclesiae, & omnis alia potestas in ecclesia, ab ista, & sub ista est quantum ad institutionem, seu collationem, ita quod Papa ea potest vti in sui adiutorium: etiā quod sit secularis: secundum Hen. vt recitat Arch. Flo. 2. par. titu. 23.

<sup>6</sup> A D Papam potest fieri appellatio ab omni principe, etiam temporali, & non recognoscere superiorem in temporalibus. in c. licet. de for. cōp. quando alter non potest haberi. & res. est alicuius momenti.

<sup>7</sup> O M N I S potestas iurat fidelitatem Papae, & obedientiam, recognoscens ab eo omne quod habet. ca. tibi domino. 63. d. Et si aliquādo aliquis Imperator donauit ecclesiae, vt de Constantino dicitur, non fuit donatio, sed restitutio.

<sup>8</sup> P A P A potest renuntiare papatu, etiā si iurasset nō renuntiare, cum adest causa rationalis, sicut fecit Papa Ciriacus, & multi alij, vt dicit Arch. Flo. 3. par. tit. 23. & de renun. li. 6. c. 1.



**P**A P A iudicem non habet in terra, nisi desinat esse caput, aut se sponte subiciat: unde à nullo potest deponi, nisi seipsum suo facto deponat, licet concilium possit declarare, quod sit depositus. 2. q. 7. capit. nos. 9. q. 3. cap. nemo indicabit. Auctoritas enim Papæ, vniuersalis ecclesiæ, & generalis concilij, est eadem: secundum Thom. secunda secunda. q. 2. ar. 10.

**S** 1 Papa sit hæreticus clarè, & nolit se emendare, ipso facto mortuus est, & depositus: pro alio autem crimine, etiam notorio, non potest deponi: secundum August. de ancho. de pote. pa. & Petr. de Palud. de pote. pa. Caieta. de autoritate pa. & concilij, c. 16. & 27. quia licet sit caput languidum, est tamen caput. Et licet Pan. dicat oppositum, tamen ei non est credendum: tum quia hæc materia est theologalis, & magis ad theologos spectat, quam ad canonistas: tum quia ipse Panor. semper fuit concilij, magis quam autoritati Papæ: ut dicit Sil. ver. Papa q. 4. Si autem Papa malis moribus ecclesiam destrueret, vel patrimonium ecclesiæ totum daret parentibus, resistendum esset illi per honestam reprehensionem, sine tamen depositione eius: & contra eius voluntatem conuocari posset concilium, ut per illud Papa moneretur, & resistendo in malis, remedium apponeretur: non tamen hæc multitudo sic congregata sine autoritate Papæ haberet auctoritatem concilij: secundum eundem Petr. de pal. supra.

**P**A P A posset liberare omnes animas purgatorij, etiam quod plures essent, si quis pro eis faceret, quod iuberet, peccaret tamen indiscretè concedendo, & in hoc sensu dicunt docti, quod non potest spoliare purgatorium: secundum quod dicit Sil. in verb. Papa. q. 4. §. 6. & indulgentia. q. 7. & probat ratione, adducens etiam Arch. Flor.

**P**A P A potest tollere, & mutare statuta concilij generalis, nisi essent statuta declarantia aliquid esse de iure diuino: ut sunt articuli fidei, declarati

per concilia, & hoc ex cau. ca. non debet. de consan. & Tho. contra impug. reli. Christia. nec obstat c. contra. 2. q. 1. quia modo prædicto capitur. Intellige etiam dummodò non decoloretur status ecclesiæ per talem mutationem, ut intelligit Pa. in d. c. non debet. & quod adsit causa: & sic intelligitur ca. proposuit. de concess. præb. tamen etiã quod sine causa dispenset Papa in omnibus his quæ sunt de iure positio, tenet, licet peccet: secundum Tho. supra, dispensatio. §. 7. & 13. Et, ut d. Sil. ver. Papa. q. 15. sic facere, permittendus non esset.

**P**A P A ex rationabili causa posset absoluere laicum ab obligatione præstita alteri, & etiã collectare, & pro necessitate vnus primæ accipere ab alia. ar. in cap. per principalem. 10. q. 3. & Thom. in secunda epistola ad Cor. capitu. 11. non autem sine rationabili causa, ut auferre librum meum, & alteri dare secundum placitum suum, quò ad temporalia: secundum Pan. in c. 2. de voto. & Inno. in ca. inquisitioni. de senten. & re iudi. Vide aliqua ad hoc propositum, supra Concilium. & ver. dispensatio.

## P A R A P H E R N V M.

**P**A R A P H E R N V M est id, quod mulier habet præter dotem, unde cunq; veniat: secundum glos. C. de pact. conuent. in rubri. In quibusdam tamen locis habet consuetudo, quod & dos, & omnia mobilia sint communia: & sunt priuilegiata, sicut bona dotalia quò ad hoc, ut pro eis tacite sint hypothecata omnia bona viri, sicut pro dotè: secundum gloss. in capitul. ex literis. de pignoribus. Vide tamen distinctionem Panormitan. ibi in dict. capitul. ex literis. nisi specialem hypothecam mulier pro his à viro exegerit.

**M**A R I T V S inuita vxore, non debet habere fructus paraphernalium naturales, quando non est translatum dominium eorum in ipsum, nec debet se intromittere de illis. C. de pact. conuen. l. hæc lege. & nunquam præsumitur maritus habere dominium eorum,